



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.



GRATULATORIUM  
IN DISCESSUM CONSULTI ET  
DOCTISSIMI VIRI,  
DN. IOHANNIS FUHRMEISTERI,  
BALLENSTADENSIS, ANHALDINI,  
JURIS CAND.

*Cum Servest à Bernburgum se conferret.*

*Metrum est, quale Odæ Horat. 4. lib. 1.*

**N** Il stabile est usquam mortalibus & nihil perenne,  
Migrantq; vivi, mortuiq; migrant.  
Copulat hos sanguis, mens copulat alteros, utrosque  
Tamen revellunt, dissipantq; fata.  
Nec locus est homini certus, domus ipsa mox heri non  
Tenet prioris nomen, atque jura.  
Hoc pacto in terris his vivitur, ipse nunc abibis,  
Proculq; amicis mox eris JOHANNES  
FUHRMEISTERE bonis date legibus, haud amice passim  
Qui nunc coaxant jura, rabularum.  
Auspice vade DEO qui respicit evehitq; doctos  
Qui non supremum negligunt Magistrum,  
Juraq; venturis da civibus, æqua jura semper  
Decente sanctos mixta lenitate.  
Felix BERNBURGVM te iudice gaudeat, magisq;  
Præcordia altis BORSTELI referta  
Consiliis miretur (is omnia puncta clarus aufert  
Virtute rara, nobilisq; stirpe.)  
Non ergo in video, doleo tamen hinc mores, amicum &  
Quod linqvis; urbs quid nostra te carebit?  
Fidus amicus eras mihi, displicet ergo segregari,  
Musasq; notas postmodum silere.  
Cur non displiceat? cui credere se queat minister  
Verbi bonus quàm rarus est ubique.  
Nunc tacet ecce Strabo & Dionysius atq; parvus Atlas,  
Petriq; Gylli, & Stuckii periplus:  
Historieq; tacent post Biblia, quæ fuere nobis  
Ceu campus uber sæpè differendi.  
Talia quis curat, quis? sed taceo atq; cedo fatis  
Et pauca: tecum Ibo-va sit: precatus.  
Hoc tantum moneo, cum sedibus en suis relictis  
Migrentq; vivi mortuiq; migrent,  
Ut patriam cæli sit querere cura sempiternam  
Letamq; CHRISTI congregationem.

Scriptum à SAMUELE FABRICIO Illebiensi,  
Ecclesiæ Servestanæ Ministro.

*Typis Servestanis impressum, Anno 1609.*

ONIOHANNIS FURKMEISTERI  
BALLENSTADENSIS, ANHABENENSIS  
LITIS

100.

113



*[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, likely bleed-through from a previous page. The text is mostly illegible due to fading and mirroring.]*



Is  
Si  
A  
D  
G  
C  
S  
I



№ 1996

8

U

ULB Halle 3  
 002 063 808



Sh

nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln!


28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M

DX





100.  
A 3

